

Offi. *Gaudemus De scā katherina*

Deus qui dedisti legem moysi in summitate montis syon et in eodem loco corpus beate katherine virginis et martiris tue per sanctos angelos tuos mirabiliter collocasti: presta quod: ut eius meritis et intercessionem ad montem qui christus est pervenire valeamus. *Deus*

Epistola. Qui gloriatur. Graduale. Spe tua. Alleluia. Simulor. Canticum. Simile est regnum celorum thesauro re. Offertorium. Offerentur

Sacrificium domine quod desideranter offerimus gratum tibi beata katherina suffragatrix efficiat. *Comple*

Precepta nos domine tua sancta purificent: quod beate katherine quod imploret oratio. *Pro*

Pro quibus tribulatione

Deus qui contritorum non despicis gemitum et merentium non spernis affectum: adesto precibus nostris quas tibi pro tribulatione nostra et omnium fidelium tuorum effundimus: implorantes ut eas clementer suscipias: tribuasque ut quicquid contra nos diabolice atque humane molitur aduersitates ad nihilum redigas: et consilio tue pietatis allidas: ut nullis aduersitatibus lesi. sed excepti de omni tribulatione et angustia: leti tibi in eterna tua sancta gratia referamus. *Deus*

Deus qui tribulatos corde sanas. et mestificatos ac tu letificas. ad hanc propitius hostiam dignanter attende: qui tibi per nostra et omnium fidelium offerimus liberatione. tu et hanc benignus accepta. et nostra pro quibus offerimus sana discrimina. tribulationes nostras at

tende miseriarum et angustiarum nostrarum submole pressuram. ut exuti omnibus que patimur malis. in tuis semper mereamur exultare iudicijs. *Comple*

Dimitte quod domine peccata nostra et tribue nobis misericordiam tuam: et orationis nostre deuotione placatus. mentem et omnium fidelium humilitatem attendas vincula soluas: delicta deleas: tribulationem inspicias: aduersitatem repellas: effectumque petitionis nostre largiens clementer exaudias. *Deus*

Communio. Quis prudentes

